Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium theologicae veritatis

Pseudo-Albertus

[Straßburg], 1489

Incipit prologus sexti libri

urn:nbn:de:bsz:31-310125

Visual Library

hoc valuerit ꝙ reuocetur pudore. vnde dicit: ꝙ ſi nec illos audierit dic eccleſie. ſi nō eccleſiam ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. i. excommunicari debet. ⁊ ſic deuitari Sane predictus ordo fraterne correctionis intelligitur tantū de criminalibus qꝛ de culpis communibꝰ ſolent clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare non premiſſa admonitione. Uerum tamen accuſans alium: caueat diligenter. ne hoc faciat ad infamandū: ſed ad corrigendum. quoniā. ſi quis ex deliberatōne cōtrariū faceret: mortaliter peccaret

Explicit liber quintus

Incipit prologus ſexti libri.

Celeſtis medicus/ humani generis reparator tali modo ſanauit egrotum: ſicut optime competebat egrotanti ⁊ egritudini: et occaſioni egrotandi: ⁊ ipſius egritudinis curationi. Egrotus igitur homo ē. Morbus autem originalis culpa eſt. Origo vero iſtius culpe licet principaliter fuit ex cōſenſu rationis: occaſionem tamen ſumpſit ex ſenſibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ medicina reſponderet morbo: oportuit ꝙ nō tantum eſſet ſpiritualis: verum etiam aliquid haberet de ſenſibilibus ſignis: vtˀ ſicut ſenſibilia ſigna fuerūt anime occaſio labendi: ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Propterea medicina noſtri vulneris conſiſtit in eccleſiaſticis ſacramentis

Incipiunt tituli Sexti libri

Diffinitiones ſacramenti i.
De inſtitutione ſacramentoꝝ ij
De effectu ſacramentoꝝ. iij
De numero ſacramentoꝝ. iiij
De diſpenſatione ſacramentoꝝ v
De caractere ⁊ iteratione ſacramētoꝝ vi.
De differentia ſacramentoꝝ. vij
De baptiſmo. viij
De cathezismo ⁊ exorciſmo ix
De confirmatione eucharistie. x
De ſacramento euchariſtie xi.
De dignitate euchariſtie ⁊ de mirabilibuſ in ea xij
De effectu euchariſtie xiij
De ſumentibus euchariſtiam ⁊ modo ſumendi xiiij
De abſtinentia ⁊ communione xv
De officio miſſe xvi.
De negligentijs que fiunt in miſſa xvij
De ſacramento penitentie. xviij.
De qualitate penitentie xix
De effectu penitentie. xx
De partibus penitentie in communi xxi
De contritione. xxij
De confeſſione xxiij.
De qualitate ⁊ effectu cōfeſſionis xxiiij.
Cui debeant fieri confeſſiones xxv
De ſigno confeſſionis xxvi
De ſatiſfactione xxvij
De partibus ſatiſfactionis in communi xxviij
De ſingulis partibus ſatiſfactionis xxix
De iuſtificatione impij xxx
De penitentia venialium xxxi
Per quod dimittatur veniale xxxij
De extrema vnctione. xxxiij.
De ſacramento ordinis xxxiiij
De qualitate ordinandorum xxxv.
De ipſa ordinatōne xxxvi
De matrimonio xxxvij.

Expliciunt tituli ſexti libri

Incipit liber ſextus. De diffinitione ſacramenti Capitulum I.

Sacramentum eſt: vt ait auguſtinus: inuiſibilis gratie viſibilis forma. Hec diffinitio generalis eſt: ⁊ cōuenit ſacramentis tam noue legis: ꝙꝫ veteris. quia tam illa ꝙꝫ iſta ſunt ex ſimilitudine repreſentātia. ⁊ inſtitutione ſignificantia. Scdm autem ꝙ eadem diffinitio conuenit ſacramētis noue legis: ſic ſupplenda eſt ita vt eius ſimilitudinem gerat: ⁊ cauſa exiſtat. qꝛ nō